

nam tom. 4. disput. 8. Lessium l. 2. c. 9. dub. 13. & novissimè D. Larream allegat. sif. 65 ex num. 32. & num. 43 ubi de crimine parricidii, post Solorzanum l. 2. c. 19. omnino videndus & allegatione 66-

10 Ad num. 9. ibi: *Secus tamen in foro conscientie, &c.*

Quod in conscientia quislibet teneatur delictum revelare & obviare, probant ex multis (ut jam dictum est numero precedenti,) Gratianus, Farinacius, & Barbosa in locis supra relatis, qui alios quamplurimos referens, & Carreus in pract. vers. Circa quartum, ex num. 67. ex quo procedit (ut ait Gomezius in presenti) quod ille qui videt, vel scit delictum committendum in Clericum, & non prohibet, est excommunicatus, ut docent Suarez de censuris, disput. 22. sect. 1. num. 56. Sayrus in clavi Reg. lib. 10. tractat. 2. cap. 14. num. 2. & de censur. lib. 3. cap. 26. numer. 24. & alii plures ab eis relati, & licet alii gravissimi Doctores hoc velint limitari in eo, qui ex justitia tenetur impedire, & non si ex sola charitate, verius tamen est indistincte esse intelligendum, ut advertit Barbosa in Collectan. cap. Quarta 47. de sententia excommunicationis, numer. 2. & latius in tract. de jure Ecclesiastico, l. 1. cap. 39. §. 1. num. 50. ubi addit, quod si quis non dolose, sed ex negligentia, vel quia non vult se immiscere rumoribus aliorum, non prohibeat Clerici percussione, non incurrit excommunicationem.

11 Ad numerum 10. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Hoc crimen non committi contra Dominos inferiores, sed contra Principem, vel Rempublicam non recognoscentem Superiorem, ut hic resolvitur, docent plures, quos refert Gigas in tractatu de crimine læsæ Majestatis, rubrica, qualiter & à quibus crimen læsæ Majestatis, quest. 29. numer. 2. Gratianus disceptationum forensium, tom. 2. cap. 368. num. 6. Decianus lib. 7. c. 49. num. 21. & alii relati à Farinacio in praxi, quest. 112. numer. 181. ubi & numeris sequentibus, late disputat, & resolvit, hanc questionem per positionem diverforum casuum, Bobadilla in Politica, lib. 2. cap. 16. num. 177. & 178. ubi etiam addit, quod cum dicti domini sint de consilio Regis, poterit contra eos committi crimen læsæ Majestatis, quod iterum reassumit in l. 3. cap. 1. num. 29. ubi loquitur de offendentem Correctorem alicujus loci: & postea ait, quod hoc crimen committitur contra Senatores Auditorii, vel Cancellariæ, utentes nomine, & sigillo Regio, de quibus late Parladorus tom. 3. different. 10. & 11. Azevedus in l. 1. tit. 18. lib. 8. num. 22. ubi ait, quod improprie committitur in Dominos inferiores hoc crimen, & de pœna agit.

Ibi: *Unum tamen est, &c.*

Non subditus non committit crimen læsæ Majestatis, nisi juvando alium qui sit subditus: ita Gomezius in presenti, & probat Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. 3. rubrica, de proditore, quest. 1. numer. 1. & lib. 1. rubrica, qualiter & à quibus læsæ Majestatis, &c. questione 3. num. 3. Bossius in practica hoc titul. num. 80. & sequentibus. Bernardus Diaz in practice. cap. 119. post numer. 1. ubi Salzedo litera B. Clarus in §. læsæ Majestatis, num. 6. & hos, & alios referens Farinacius in praxi, quest. 112. ex num. 240. usque ad 262. ubi ampliat, limitat, & declarat, & quest. 8. numer. 8. & sequentibus, ubi an Clericos committat

hoc crimen: Scaccia de commercii §. 2. glof. sa 3. num. 129. Narbona in concordia familiarium Sancti Inquisitionis, gloss. 7. num. 119. Et de Clericis & de Episcopis committentibus hoc crimen, Petrus Gregorius in Synagoga, l. 35. c. 2. num. 8.

Ad numerum 11. ibi: *Pœna autem hujus delicti, &c.*

Pœnam hujus delicti esse mortem naturalem, & confiscationem bonorum, & demolitionem domus, ut hic resolvitur, docent Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. secund. tit. 1. de pœnis, quest. 1. Clarus in §. læsæ Majestatis. Bossius hoc titulo ex num. 131. Decianus lib. 6. c. 32. num. 27. & cap. 39. ex num. 14. Gratianus, disceptat. cap. 14. numero 1. ubi enumerat pœnas, Scaccia de commercii, §. 7. gloss. 2. num. 81. ubi quod si hoc crimen committatur per lubricum lingue, solâ temeritatis pœnâ puniendum est: & alii latissime relati à Farinacio in praxi, quest. 116. ex num. 1. maxime num. 20. & sequentibus. num. 66. ubi de pœna confiscationis, & quod bonorum dominium amittat committens hoc crimen ipso jure ante sententiam, licet declaratoria sit necessaria, & executio, ut diximus n. 3. & 6. supra, & advertit ipse Farinacius ibidem, n. 17. & colligitur ex Deciano lib. 7. cap. 4. num. 38. Sardo decif. 247. n. 1. Cujacio in l. Imperator, ff. de jure fisci, & Farinacio supra, & q. 164. & decif. 87. & 90. ubi alia, Gattierez lib. 2. Canoniarum, cap. 5. ex num. 67. Hermosilla in l. 2. tit. 4. partitua §. glossa prima, & secunda, ex num. 2. & glossa 6. per totam, Sanchez in summa, lib. 2. c. 22. ex quibus Dom. Franciscus de Amaya in l. 1. Codice de jure fisci, l. 10. num. 58. & sequentibus, concludit in hoc crimine dominium amitti bonorum à die commissi facinoris secundum quid, nempe sub conditione si feratur sententia, & sic secundum quid dominium ex tunc hinc acquirit, & hoc modo competit ei rei vindicatio, secuta scilicet condemnatione, vel potius declaratione delicti perpetrati, cum omnino videas, & Carleval. de judiciis, tom. 2. tit. 2. disputatio e. 1. n. 39. ubi de pœna privationis factionis testamenti.

Item domum hujusmodi delinquentis everteendam, docuerunt Gigas de crimine læsæ Majestatis lib. 2. rubr. De pœnis committentium crimine læsæ Majestatis, quest. 33. Decianus lib. 7. cap. 40. num. 37. Baiardus ad Clarum, §. læsæ Majestatis, num. 25. & in quest. 82. num. 92. & latius Farinacius quest. 116. ex num. 28. ubi ampliat, & limitat usum ad numerum 41. & docet non destruendam domum communem cum alio, de quo etiam in quest. 111. num. 117. & sequentibus. Gratianus disceptationum forensium, cap. 179. & c. 217. num. 26. ubi de ratione quare sal ferminetur in domo delinquentis: Parladorus l. 1. quotidianarum cap. 23. Laya de Anniverariis, cap. 4. lib. 2. num. 115. Vualdas in tractatu de debus fratribus, part. 8. num. 26. Petrus Gregorius in Synagoga, lib. 35. c. 12. n. num. 20. Cenedus, quest. 16. num. 18. ubi quod in perpetuum non est erigenda talis domus.

Ad numerum 12. ibi: *Item adde quod istud crimen, &c.*

In hoc crimine defunctum posse ream pronuntiarî, & ejus memoriam damnari, & bona confiscari, formato processu cum hereditibus, vel defensore, ut hic resolvitur, docent Gigas de crimine læsæ Majestatis, titul. Qualiter in crimine pro-

procedatur, quest. 100. lib. 1. & titul. De pœnis, quest. 32. lib. 2. Clarus §. læsæ Majestatis, & in §. final. quest. 61. Menochius consil. 99. numer. 159. & sequentibus, lib. 1. Peregrinus de jure fisci, l. 4. titul. 5. num. 19. & plurimos referens Farinacius in praxi, quest. 10. num. 22. & sequentibus, ubi limitat, & declarat, & latius in tractatu de hæresi, quest. 197. ex num. 86. usque ad finem, ubi num. 111. & sequentibus, disputat, an post quinquennium possit procedi: & Petrus Cenedus q. 16. & optime Pithaidus in §. 2. Institut. de publico judic. n. 11.

14 Ad numerum 13. ibi: *Item etiam in isto crimine, &c.*

Quod filii committentium hoc crimen fiant infucceffibiles & infames & inhabiles ad honores, & officia publica, ut hic resolvitur, docent late explicantes Gigas in hoc tractatu de crimine læsæ Majestatis, l. 3. rubr. c. De pœnis quas filii incurriunt: quest. 1. ex num. 1. Decianus l. 7. cap. 31. & sequentibus, Fachineus lib. 7. c. 23. Gratianus disceptationum forensium, tom. 2. cap. 368. numer. 7. & sequentibus. Olualdus ad Donellum l. 18. cap. 8. notatis litera XX. Bajardus ad Clarum in §. læsæ Majestatis, num. 25. Bossius in titul. de crimine læsæ Majestatis, num. 1. 4. & 147. Menochius consilio 175. l. 1. ex num. 1. Peregrinus de jure fisci, l. 3. titul. 9. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 2. parte septima. Molina tom. 3. de justitia, disputat. 638. Gutierrez lib. 2. Canoniarum, cap. final. Cenedus in quest. 16. num. 1. ubi de justificatione hujus pœnæ, de quo etiam Barbosa in Collectanea, cap. 2. De his que sunt à majori parte Capituli: & in cap. Cognoscentes, de constitutionibus in fine, Amaya lib. 2. observationum, cap. 6. ex num. 47. & optime explicans Thomas Sanchez in summa, l. 2. c. 29. ubi quinque conclusionibus declarat, quando & quomodo dicitur filii amittant nobilitatem, & num. 9. 10. & 11. & explicat incapacitatem succedendi, cum omnino videas, & Farinacium etiam latissime disputantem quest. 116. ex num. 71. usque ad 147. & in dictione 87. 90. 122 & 241. & consil. 65. & 140. l. 2.

Advertit etiam Thomas Sanchez ubi supra, num. 10. quod cum novissimo jure hujus regni, legitima filiorum sit aucta, poterunt filii habere totam matris legitimam, ex doctrina Gomezii hic, referens ad hoc Gregorium, & Molinam supra, & de statuto imponente pœnam ob delictum alterius, vide conclusionem centesimam secundam, post opera Roderici Suarez.

Item addit ipse Thomas Sanchez num. 11. cum eisdem Gregorio, & Molina, & cum altero Molina de primogeniis, l. 4. cap. ultimo, num. 50. & aliis, quod dicti filii non sunt incapaces aliquid recipiendi ex donatione, vel alio contractu inter vivos: Farinacius de hæresi, questione centesima nonagesima prima, num. 42. ubi de bonis acquisitis à patre pro se, & filijs, & quest. 116. ex n. 112. & consil. 249.

Ibi: *Ex quo subducitur, & inferitur, &c.*

Quod mitius puniatur crimen læsæ Majestatis divinæ, quàm humanæ, & sic quod filii hæreticorum licet non possint succedere patri vel acedenti, qui crimen commisit, cum bona confiscentur, tamen non prohibentur succedere omnibus aliis descenditibus, collateralibus, & extraneis: ita resolvit Gomezius, & docent Menochius, consilio 805. num. 23. & 24. volumine 9. & consilio 1128. per totum, volumine 11. Molina Anton. Gomez Variæ Resol. Tom. III.

de justitia, tom. 3. disputat. 658. ex numero 19. Cætera rubricæ, de crimine læsæ Majestatis, c. 2. ubi quod ita prædicatur: optime Thomas Sanchez in summa, l. 2. cap. 29. n. 13. ubi plurimos refert, Barbosa in Coll. hanc cap. Vergentis, de hæresi, num. 25. & sequentibus, ubi num. 27. quod filii propter paternam hæresim, non solum legitimam sed etiam a inventis privantur (de quo etiam Farinacius, q. 115. numer. 128.) Farinacius de hæresi, q. 191. numer. 25. & 26. ubi plures contrarium tenentes refert, Cenedus, q. 16. num. 22.

Ad numerum 14. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Non filio sed aliis successoribus applicari hæreditatem, quando filius committens crimen læsæ majestatis, debeat succedere alicui, ut hic resolvitur, docent Menochius consilio 275. num. 16. & seq. Fachineus l. 9. controversiarum, cap. 36. & eos, & alios referens Farinacius quest. 116. ex num. 131. quem videas, & hæc pars notissima, & communi Doctorem assertionem fulcitur [ut ait Gomezius] quatenus docemur, quod quando palam relinquitur hæreditas indigno, non applicatur filio, sed aliis successoribus, ut probant nosse Gomezius in l. 9. Tanti, n. 21. & Gomez Arias in l. 7. Tanti, num. 78. & 79. Rojas in epitome successionum, c. 2c. num. 151. & 160. Farinacius in fragmentis, verb. Esus, num. 98. & sequentibus, Pater Thomas Sanchez in consiliis Moralibus, lib. 4. cap. 3. dub. 21. & late Garcia de tacto fideicommissi, n. 10. eleganter Amaya in l. 1. C. de delictis, lib. 10. num. 36.

Ad num. 15. ibi: *Sed attenda bod e d'sposicione textus, &c.*

Quod si maritus committat hoc crimen, pœna extendatur ad nepotes, si verò uxor, tantum comprehendantur filii, ut resolvit Gomezius, docent Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. 3. rubr. De pœnis, quas filii incurriunt, q. 8. Clarus in §. læsæ Majestatis, num. 13. Peregrinus de jure fisci, l. 3. titul. 9. num. 5. Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 27. ex num. 2. Farinacius q. 116. ex num. 89. Cenedus quest. 16. num. 1. & 7. & alii pœnes ipsos.

Ad num. 16. ibi: *Sed de jure Rego prima opinio est tenenda, &c.*

Dictam pœnam tantum habere locum contra filios natos post commissum delictum, resolvit Gomezius hic, de jure Regio, ut vides; sed tam opinionem ut veriorum etiam de jure communi sequuntur Bernardus Diaz in regula 163. ve fiscal. Secundo sublimita, Clarus in §. læsæ Majestatis, num. 12. & ff. hæresi, num. 12. Mieres de majoratibus, secunda pars, quest. 4. illustratione 2. num. 7. Gratianus regni, 55. man. 24. Molina de primogen. l. 4. cap. 1. num. 53. alter Molina de justitia, tom. 3. disputat. 638. Cevallos questione 655. ubi latissime disputat omnino videndum, Farinacius in praxi, quest. 116. num. 92. & de hæresi, quest. 191. num. 39. & decif. 81. & 902. & 121. & optime Thomas Sanchez in summa, cap. 27. ex numero 9. & cum sequentibus, ubi latissime pro utraque parte disputat, & tandem concludit filios conceptos ante crimen læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, minime affecti pœnis in Jure statutis, & hoc videretur tenendum, sed novissimè D. Joannes de Escobari in tract. De private sanguinis, prima pars c. 3. questione 4. §. 4. ex numero 3. hanc questionem disputat pro, & contra

contra, latissime, cum omnino videas per triginta columnas, & Carranza de partu legitimo, & naturalis, cap. 1. section. 2. num. 42. & vide conclusionem 36. & sequentibus, post opera Roderici Suarez.

18 Ad num. 17. ibi: Item postremâ & finaliter addo, &c.

Reum hujus criminis amittere statim bonorum administrationem, & jure Regio, etiam dominium ipso jure, resolvit Gomezius in presentia, & quod attinet ad administrationem ita probant Gigas de crimine lesa Majestatis, libro 2. rubric. De penis committentium crimen lesa Majestatis, quest. 23. Bossius in tit. De crimine lesa Majestatis, num. 63. Clarus in §. lesa Majestatis, numer. 9. Gratianus disceptationum, cap. 54. ubi alia plura ex num. 13. & etiam agit qui dicantur rebelles. Decianus l. 7. cap. 40. num. 39. ubi quod etiam amittit administrationem bonorum extranei (si quam habebat, & plures referens Farinacius in praxi, quest. 116. n. 57. & 67. & in tractatu de heresi, questione 190. ex num. 68. ubi etiam agit, quid in dominio, & an eo privetur ipso jure committens hoc crimen? de quo vide etiam Gutierrez l. 2. Canoniarum, cap. 5. num. 74. & seqq.

CAPUT III.

De Homicidio.

SUMMARI A.

- 1 Pena homicidii regulariter est pena mortis.
2 Illustres persona, & postea in dignitate qualiter puniantur?
3 Pena parricidii qua sit, & quando habeat locum?
4 Sciens delictum esse committendum contra alium, si non revelaverit, an teneatur?
5 Proditor quis dicatur, & qualiter puniatur?
6 Socius proditoris, an teneatur eadem penâ?
7 Occidens alium cum veneno qualiter puniatur?
8 Qualiter constare possit, quem esse occisum veneno?
9 Res venenosa an licite vendi possint?
10 Assassinus quis dicatur, & qualiter puniatur?
11 Qui prestavit alteri pecunias, ut aliquem occidat, qualiter puniatur meritis non secuta?
12 Diffidator, qui alium interfecit, qualiter teneatur?
13 Ille, qui mortem sibi intulerit, qualiter puniatur?
14 Ille qui seipsum percusserit, licet mors non sequatur, qualiter puniatur?
15 Occidens alium sine dolo, an puniatur penâ ordinariâ?
16 Casus, in quibus punitur quis penâ mortis licet non deliquit dolo?
17 Dolus an in dubio presumatur in homicidio?
18 Intellectus verus ad textum in cap. finali, de homicidio, lib. 6.
19 Si infans reperitur in lecto nutriti mortuus, an presumatur dolus, vel culpa in ea?
20 Occidens alium ad suam defensionem, an excusetur ab omni culpa & penâ?
21 Occidens alium pro defensione alterius, an sit

- puniendus?
22 Aggressor an debeat expectare, donec percutiatur a suo aggressore?
23 Aggressor si potuit evadere injuriam, vel offensam fugiendo, an teneatur fugere?
24 Aggressor, qui excessu modum defensionis, qualiter puniatur?
25 Si duo inter se contendunt, & unus evasit, & alter decessit, quis eorum presumatur aggressor?
26 Si reus confiteatur hominem occidisse, sed ad suam defensionem, an possit condemnari?
27 Si reus velit probare occidisse ad suam defensionem, que probatio sufficiat?
28 Mortuo offenso propter culpam adhibitam in cura, an offensor teneatur penâ mortis?
29 Si constare non possit mortem ex vulnere illato processisse quid sit presumendum in dubio?
30 Affectus quomodo, & quando puniatur sine effectu secuto?
31 Quando quis in gravius est vulneratus, quod speratur mori, an statim possit accusari de homicidio?
32 Occidens posthumum an teneatur, ac si sanatum occidisset?
33 Si quis dedit alicui pecuniam amatorium, & recipiens moriatur, qualiter sit puniendus?
34 Si quis occidat Titium, credens esse Seium, an teneatur penâ mortis ordinariâ?
35 Si quis velit occidere Titium, quem bene cognovit, casu tamen occidit Seium mediatorem, an teneatur penâ mortis?
36 Si plures occiderunt aliquem, an omnes teneantur penâ mortis?
37 Homicida ultra penam corporalem, an teneatur etiam civiliter ad interesse?
38 Si occisus erat officialis, an teneatur homicida ad operam ejus, & qualiter assimetur?
39 Si quis mandavit delictum committi, mandans & mandatarius qualiter puniantur?
40 Mandans si revocaverit mandatum, an excusetur?
41 Si quis mandavit delictum fieri, & non sequatur, an teneatur aliqua penâ?
42 Mandatarius quando possit excusari, ut non teneatur ex mandato?
43 Qui tantum persuasit delictum committi, an teneatur ac si mandasset?
44 Persuasor, si revocaverit consilium, an excusetur?
45 Mandatum an possit fieri tacite, & per conjecturas?
46 Si inimicus alterius loquatur cum aliquo tertio ad aures secretæ, & postea sequatur delictum, an presumatur mandatum?
47 Si conjunctus, vel consanguineus offensus occidat offensorem, an teneatur offensus?
48 Ille qui prestavit opem vel auxilium ante delictum, qualiter teneatur?
49 Qui prestavit opem vel auxilium in ipso delicto qualiter teneatur?
50 Qui prestavit opem, vel auxilium post delictum commissum, qualiter puniatur?
51 Homicida an possit succedere in bonis occisi ex testamento vel ab intestato?
52 Homicida, an possit succedere ei qui occiso successerat?
53 Hæres, an teneatur vendicare mortem defuncti?

- 54 Offensus, an possit ante mortem delictum remittere, & pacem & concordiam facere?
55 Lex 22. tit. 1. 7. partitæ, valeat utilis, & necessaria qualiter intelligatur?
56 Prædicta lex partit. non habet locum, quando accusatores sunt extranei?
57 Prædicta etiam lex partit. non habet locum, quando delictum non committitur in rem, sed in personam?
58 An prædicta l. partit. habeat locum, quando delictum sit proditoricè, vel cum qualitate, que aggravat?
59 An prædicta lex partitæ procedat, & habeat locum, quando quis aliud simile delictum fecerit?
60 An requiratur, quod omnes consanguinei occisi delictum remittant, vel sufficiant aliqui eorum?
61 Hæres occisi, an possit remittere delictum, & facere pacem & concordiam cum homicida?
62 Si plures sunt hæreses occisi, an requiratur omnium remissio, vel sufficiat a majori parte?
63 Si concurreant hæreses extranei occisi, & interfecti ex una parte, & consanguines ex alia, qui præstantur?
64 Si inter consanguineos reperitur femina, an possit remittere & facere pacem?
65 Si filius, vel hæres defuncti sit minor, an possit remittere & facere pacem & concordiam?
66 Si ante mortem sit facta pax & concordia cum ipso offenso, & postea sequatur mors, an ad eam extendatur?
67 Infra quod tempus debeat fieri prædicta pax, & concordia?
68 Si contra eam est lata sententia, & ab ea sit appellatum, an valeat remissio, & concordia?

Crimen homicidii quid sit?

ALIUD est crimen publicum homicidii, quando quis dolo interficit alium quod quidem delictum gravissimum est, & ex malitia hominum quotidie nostris temporibus frequentatur, unde tam ex natura, & qualitate ejus, quam ex assidua frequentia dignum punitione, maxime cum sit expressè contra præceptum divinum, Non occides, & sanguis occisorum semper clamat ad Deum, ut scribitur in Apocalypsi: Ecce post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes: Usque quo Domine nos has judicium, & vendi ut sanguinem nostrum de interfectoribus nostris qui sunt in terris? In quo resolutivè dico, quod homicidâ debet puniri penâ mortis: ita probat textus formalis, & expressus in l. 3. legis Cornel. ff. ad legem Cornel. de sicar. Cujus verba sunt: Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiori loco positi fuerint, ut penam legis sustineant: humiles enim solent, vel bestias subici: altiores vero deportantur in insulam: ergo cum textus dicat bestias subici, sequitur quod regulariter imponitur pena mortis, & ibi tenet Rayn. Angel. communiter Doctores, textus in l. penultim. cod. titul. textus in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Julianam, de raptu, textus in l. 3. Cod. de Episc. audien. textus in l. si quis aliquis, §. qui abortivis, ff. de pen. textus in item l. Cornelias, Instit. de public. jud. ibi, homicidat, ultore ferro prosequitur; textus expressior ceteris in l. unica, v. r. s. & merito, C. de raptu virginum: Cujus verba sunt: Et merito mortis damnatur supplicio, cum ab homicidii crimine hujusmodi raptoris sint vacui tex-

tus in l. 1. ff. ad l. Pomp. de parric. textus in leg. penult. Cod. ad l. Corn. de sicar. textus in c. omnis autem lex, 3. dist. ibi qui eadem fecerit, capite puniatur, & utrobique communiiter Doctores, & idem disponit l. 1. & per tot. tit. de loca homicidii, l. 8. ordin. & confirmavit auctoritate Salvatoris nostri dicentis Petro, Mitte gladium tuum, &c. Quia, qui gladio occidit, gladio peribit, quod extendit etiam si monstruosum hominem occiderit, qui careat brachio, manu, pede, vel aliquo membro: quia tota virtus, essentia, & substantia hominis dependet ab anima & spiritu, ita singulariter tenet Baldus in l. quod dicitur, ff. de l. & possib.

Adde tamen, quod illustres personæ & postea in dignitate non puniuntur penâ mortis pro isto delicto homicidii, sed leviori penâ, & sic deputationis, ut expressè probant prædicta jura, licet Angel. & Hyppolde Marsil. in d. l. 3. §. leg. Corn. & ff. ad l. Corn. de sicar. dicant, quod hodie illud non servatur, imò quod indistinctè omnis homicida, modò sit persona illustis, & postea in dignitate, modò sit vilis & plebeia, tenetur penâ mortis. Sed certè salva eorum pace prædicta jura expressè disponunt contrarium, & istud necessariò debet servari, nisi consuetudo contrariâ expressè & juridicè probetur, & in terminis ita probat & disponit hodie l. penult. tit. 8. par. ubi dicitur, quod illustres pro isto delicto deportentur, alter verò moriatur. Adde tamen, quod tales illustres personæ non debent condemnari aliquâ penâ, nisi consulto Principe, textus in l. penult. ff. ad leg. Corn. de sicar. ibi, ut & consulto prins Principe & subente id fiat, & ibi Bart. & communiter Doctores: textus in l. fin. c. ubi seniores vel clarissimi, & ibi Paulus Salicetus & communiter Doctores: præterquam si illustres committeret delictum contra alium pariter illustrem, quia tunc potest condemnari à jure ordinario. Item adde, quod tales illustres personæ, quando accusantur de delicto, debent detineri in carceribus, in loco honesto & separato secundum qualitatem personæ, textus est notabilis in d. l. fin. ubi senator, vel clariss. textus in l. §. utrores, ff. de suspens. tit. ibi, ceterum eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere, & quando eorum causa agitur, debent sedere cum jure ipso, ut in d. l. fin. v. r. s. & audis, & ibi Paul. de Castro, & alii Doctores, & ita semper vidi de facto servari in cancellaria regia: nam quando causa illustrium personarum agitabatur, sedebant cum auditoribus regalibus, quod non fiebat cum aliis.

Quæro tamen prosequendo materiam, quando & in quibus casibus istud delictum homicidii, & ejus penæ aggravetur: & magistraliter & resolutivè dico, quod in sequent. Primus est, quando quis occidit patrem, vel matrem, vel ascendentem, & sic est parricida: quod tamen declaratur isto modo, quod de jure antiquo digestorum istud crimen & ejus penæ tantum militabat, & habebat locum in eo, qui occidebat parentes, & sic ascendentes, non verò in eo, qui occidebat liberos descendentes, quia licite poterat quis eos occidere: textus est in l. 1. & per totum ff. ad leg. Pomp. de parricid. & patet etiam ex allusione vocabuli: probat etiam textus formalis, & expressus in l. in suis, in fin. ff. de liber. & posthum. ubi habetur quod licite poterat pater filios, vel descendentes occidere. Confirmatur etiam, quia poterat eos vendere sicut quamlibet rem propriam, textus

Amplia.

Illustres personæ an puniantur penâ mortis.

Pena homicidii quando aggravatur. Casus 3.